

demus: sic mundum, ut ita loquar, divinum ac supernaturale, qui ex fide historica coalescit, nobis exhibuit non ut ejus tantummodo *objectivitatem* credamus, eique uoce inhæreamus, verum etiam ut in timius quod ejus per nos fieri potest pro uniuersu que ingenii modulo, ac prout natura rei patitur, eum intelligentia nostra perscrutemur, ac contempnemur, assurgamus ad altiora cognoscenda, niamurque assequi que ea sub cortice delitescent. Hinc eadem ratione, qua ex penitiore hujus universi cognitione longe augustiorem nobis de supremo nomine ideam comparamus, eadem ex penitiore quam per tractationem scientificam adipiscimur mundi supernaturalis notitia, sublimiorem de Deo ejusque religione cognitionem obtinemus. Fides proinde historica et objectiva quoddam veluti vehiculum est, quo in eorum intelligentiam perducimur, qua prius sola fide tenebamus; germin est quod ulterioris semper evolutionis capax est; fons denique est speculativa contemplationis ex quo aquas haurire theologi jugiter possunt ad scientificam suam tractationem magis elaborandam perficiendamque.

Exinde factum videmus, quod tertio loco positum est, ut patres omnes contenti haud fuerint vindicare adversus novatores fidei depositum, seu singula dogmata ex Scriptura et Traditione ut in illis sisterent, sed haec ipsa dogmata subjecerunt philosophicae ac scientificae investigationi, in eorum intelligentiam eluciati sunt, ac subjectivos proprios de illis conceptus et speculativas suas investigationes ceteris exposuerunt (1), ut dogmata ipsa imo et mysteria planiora intelligentiae nostrae ac suasibilia ipsi rationi efficerent. Haud detrectarunt cum opus fuit in usum adsciscere philosophiam cui potissimum addicti erant ad enucleandos evolvendosque proprios conceptus circa singulos fidei articulos eorumque nexus et complexionem (2). Hinc sublineas illae theoriae quas in coram scriptis suspicimus circa unitatem Dei, cum disceptarent adversus polytheistas (3); circa malum originem ac summi principii unitatem libertatemque hominis, cum insurgerent adversus gnosticos, valentinianos, marcionitas, manichæos (4); circa rerum e-

neon LXVI. edit. Petav., s. Gregorium Nyss. contra Manich. sylogismi decem opp. tom II. edit. Paris. 1615. pag. 612. Titum Bostrense episc. lib. tres adv. Manich. in Biblioth. patr. Galland. tom. V. etc. Tibi prolixum elemosum exhibebunt J. Alb. Fabri ius in utraque *bibliotheca graeca et latina*, et Rhenig. Ceillier, ord. Bened. in *na-toire générale des auteurs sacrés*.

(1) Later quoq. eminent Synesius, Theodoretus inter graecos, Tertullianus, Augustinus inter latinos. Plura utilem in unum collecta reperiunt apud Thomassin. *De Deo lib. II. cap. 9. et seqq.*

(2) Hos inter est præcipue prof. Baltzer, op. cit. fasc. I, § 54. p. 213. seqq. qui censem connexionem inter *objectivismum* et *subjectivismum* seu inter doctrinam dogmaticam historicam et scientificam intelligentiam concutus perseverasse in Ecclesia catholica usque ad epocham seu incep-tum reformationis, ita ut per ea secula nunquam apud catholicos scientia et speculatio philosophica velut elementum fidei habita esset. Cum vero reformatio *objectivo ac historicis* Ecclesie dogmati opposuit *subjectivis* suum, tempe proprie cujusque sentiendi ac speculandi de fide libertate, tunc catholicis *objectivo* dogmati a cone. Tridentino adserito unice adherentes, ceperunt ab omni *subjectiva* ac *philosophica* circa fidem speculacione abhorre, veluti fidei periculosa et infensa. Ita factum est inter ultramontane divortium, sicut ut ab aliis concili Tridentini ad hanc tere tempora magnum in Ecclesia catholica *scientificum silentium* subsecutum fuerit, haud exigua scientie jactura. Hec Baltzer, cujus sententia subscribere haud possumus: quippe nullo tempore Ecclesia ab usu recto rationis et philosophiae speculativa in rebus fidei animos aveavit; sed tantum abusus licentiosiorum ingeniorum compescuit cavitate ne per nova philosophia systemata identiter prodeundia, si ambiguum aut periculoso indolis essent, quidquam fidei immutabilitati, et veritati damni inferret.

(3) Notum est Ecclesie patres sive graecos sive latinos versatos fuisse in platonica potissimum philosophia. Ad christiana præterea dogmata explanatione patres identem platonica illa philosophia nos esse, compertum quilibet habere potest qui vel leviter percurret, volumen primum dogmatum theologorum Petavii et Thomassini. Neque vero ab his dissentit, si rite intelligatur, vel ipse Baltus, qui hac in parte patrum mentem accurate expendit.

(4) Cf. apud Petav. *De Deo*, lib. I, cap. 5. et 4. et apud Thomassin. *De Deo*, lib. II, cap. 4-7.

(5) Cf. s. Ireneum lib. I. contr. *Hereses*. Tertullian. adversus Hermogenem et in quinque libris contr. Marcionem S. Epiphani. *Hereses*. XXXI. et *hæres*. XLI, XI.III, XI.III et XLIV, evertere amitterentur.

(1) Ad hos subjectivos patrum conceptus de fidei articulis spectant omnes explanationes, expositionesque quibus ipsi uti doctores dogmatis singula illustrarunt ac de illis philosophati sunt. Reitero porro ejusmodi explanationibus ac rationibus peculiaribus sub quibus fidei articulos insupererunt menteque sua conceperunt, sunt patrum scripta; haec proinde veluti promptuaria plenissima existunt et quibus exurgit *theologia patrum* nuncupata, queque ab eruditissimis theologiis catholicis proximis superioribus seculis collecta et exposta est; inter quos eminens Petavius, Thomassinus, Habert episc. Vabrensis, Boucat.

(2) Notum est Ecclesie patres sive graecos sive latinos versatos fuisse in platonica potissimum philosophia. Ad christiana præterea dogmata explanatione patres identem platonica illa philosophia nos esse, compertum quilibet habere potest qui vel leviter percurret, volumen primum dogmatum theologorum Petavii et Thomassini. Neque vero ab his dissentit, si rite intelligatur, vel ipse Baltus, qui hac in parte patrum mentem accurately expendit.

(3) Cf. apud Petav. *De Deo*, lib. I, cap. 5. et 4. et apud Thomassin. *De Deo*, lib. II, cap. 4-7.

(4) Cf. s. Ireneum lib. I. contr. *Hereses*. Tertullian. adversus Hermogenem et in quinque libris contr. Marcionem S. Epiphani. *Hereses*. XXXI. et *hæres*. XLI, XI.III, XI.III et XLIV,

nihil eductionem et prævidentiam Dei, cum pantheistas et stoicos (1) perstringerent: idem dic de Verbi divini aeterna generatione, de Trinitate, de Incarnatione, aliisque ejusmodi mysteriis religionis nostræ, cum aeriter pugnarent adversus corundem osores. Equis enim opera hac ex parte non admiretur Magni Athanasii, utriusque Cyrilli, utriusque item Gregorii, Basili, Augustini, ut ceteros prætermittamus, in quibus omnibus profundam ubique philosophicam cernis dominari de christianis mysteriis tractationem sublimissimosque conceptus?

Neque a patrum vestigiis recessere scholastici, qui in unum doctrinæ corpus varia dogmata colligerunt, disposuerunt, illustrarunt, ac intima ipsa, ut ita loquar, fidei penetralia ingressi, eam ad vere scientificam ac speculativam celsitudinem evexere. Eminent in his s. Anselmus Cantuariensis quem nemo inhaeret tractandi ratione facile superavit, præcipue vero s. Thomas qui Angelici nomen jure adeptus est, s. item Bonaventura, aliquis bene multi. Nec desit hoc studium, et haec agendi ratio, ut nonnulli autem, concilii Tridentini aetate (2); sed perseveravit ad haec usque ferme tempora siquidem præstantissimi posthac ingenio ac doctrina theologi scholastici floruerunt, qui antecessoribus plerisque pares sin minus superiores sunt (3).

Quod si id semper lieuit, imo et commendabile

neon LXVI. edit. Petav., s. Gregorium Nyss. contra Manich. sylogismi decem opp. tom II. edit. Paris. 1615. pag. 612. Titum Bostrense episc. lib. tres adv. Manich. in Biblioth. patr. Galland. tom. V. etc. Tibi prolixum elemosum exhibebunt J. Alb. Fabri ius in utraque *bibliotheca graeca et latina*, et Rhenig. Ceillier, ord. Bened. in *na-toire générale des auteurs sacrés*.

(1) Later quoq. eminent Synesius, Theodoretus inter graecos, Tertullianus, Augustinus inter latinos. Plura utilem in unum collecta reperiunt apud Thomassin. *De Deo lib. II. cap. 9. et seqq.*

(2) Hos inter est præcipue prof. Baltzer, op. cit. fasc. I, § 54. p. 213. seqq. qui censem connexionem inter *objectivismum* et *subjectivismum* seu inter doctrinam dogmaticam historicam et scientificam intelligentiam concutus perseverasse in Ecclesia catholica usque ad epocham seu incep-tum reformationis, ita ut per ea secula nunquam apud catholicos scientia et speculatio philosophica velut elementum fidei habita esset. Cum vero reformatio *objectivo ac historicis* Ecclesie dogmati opposuit *subjectivis* suum, tempe proprie cujusque sentiendi ac speculandi de fide libertate, tunc catholicis *objectivo* dogmati a cone. Tridentino adserito unice adherentes, ceperunt ab omni *subjectiva* ac *philosophica* circa fidem speculacione abhorre, veluti fidei periculosa et infensa. Ita factum est inter ultramontane divortium, sicut ut ab aliis concili Tridentini ad hanc tere tempora magnum in Ecclesia catholica *scientificum silentium* subsecutum fuerit, haud exigua scientie jactura. Hec Baltzer, cujus sententia subscribere haud possumus: quippe nullo tempore Ecclesia ab usu recto rationis et philosophiae speculativa in rebus fidei animos aveavit; sed tantum abusus licentiosiorum ingeniorum compescuit cavitate ne per nova philosophia systemata identiter prodeundia, si ambiguum aut periculoso indolis essent, quidquam fidei immutabilitati, et veritati damni inferret.

(3) Nemo profecto haec laudem denegabit utrique Seto, Suarezio, Vasquezio, card. Toletio, card. De Lugo, card. Cienfuegos, aliisque pene innumeris, qui non solum *Credo catholicum*, ut cit. Baltzer loquitur, adstruxerunt adversus protestantes, sed præterea ad ejus speculativam intelligentiam per scientificum processum extulerunt, atque ipsi etiam in celo catholico veluti astra emicuerunt. Quod si theologi positivi nuncupati aut *historici* qui partem apologeticam coluerunt, aliam viam sectati sunt, necessitas eos ad id impulit, cum undique protestantes fundamenta fidei historicæ evertere amitterentur.

fuit, nulla potest subesse ratio ob quam in presentia veluti noxiū abijicendum sit aut ab eo quidquam pertimescendum, dummodo intra fines quos præstutimus se contineant ii, qui præter fidem intelligentiam querunt, seu qui scientifica tractatione fidei doctrinam amplificant. Quin etiam illud addimus et nos in ea proficere, et ulterius progredi posse patrum exempla consecantes juxta præclarā Vincentii Lirinensis verba: « Sed forsitan dicet aliquis: nullusne ergo in ecclesia Christi profectus habebitur religionis? Habeatur plane, et maximus. Nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen ut vere profectus sit ille fidei, non permutatio. Siquidem ad profectum pertinet, ut in semetipsum unaquaque res amplificetur; ad permutationem vero, ut aliquid ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet, et multum vehementerque proficiat tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius Ecclesie, at tam ac seculorum gradibus, *intelligentia, scientia, sapientia...* Fas est etenim, ut pri-ca illa cœlestis philosophia dogmata processu temporis excurrent, lumentur, poliantur, sed nefas est, ut commutentur... Accipient licet evidentiam, lucem, distinctionem; sed retineant necesse est plenitudinem, integratatem, proprietatem (1). »

DIFFICULTATES. *Obj.* Fides historica omnem prorsus scientificam respuit tractationem; 1. illa enim eorum postulat assensum, haec vero postulat intelligentiam; 2. Hæretici omnium primi scientiam ac intelligentiam dogmatum invexerunt, utpote qui fidei simplicitate minime contenti, ad formas philosophicas fidei mysteria redigentes, sacrum depositum labefactarunt; 3. hinc sane abusum illis perpetuo exprobrant Ecclesie patres, atque in his Tertullianus qui exinde hæreticos omnium originem repetit (Lib. *De prescript. c. 7 seqq.*), et Jo. Chrysostomus retundens hæreticos quod semper in ore haberent illud *non*; quomodo (2)? Sic reliqu' passim (3); 4. Quapropter merito s. Thomas toties incusat rationis officium circa mysteria mere *negativum* esse, quod scilicet in difficultatum solutione consistat (4). Ergo.

Resp. N. A. *Ad 1. prob. D.* Scientifica tractatio postulat intelligentiam absque detrimento illius assensus quem fides exposcit, C. cum ejusdem detimento, N. Dunmodo itaque fides ipsa in omni sua parte prout ab Ecclesia proponitur sarta tectaque teneatur, nihil impedit quoniam eluctetur homo majorem, quoad ejus fieri possit, assequi ejusdem intelligentiam.

(1) Cap. XXIII. *Commonit.* 1. § 23. *Biblioth. Gallandi*, tom. X.

(2) *Homil.* IV. in t. ad Corinth. n. 1. et 2. Item *Serm. II. de incomprehensibili Dei natura*, et alibi.

(3) Præsertim s. Gregorius Nazianz. orat. XXXIV. n. 72 seqq. opp. edit. Paris. 1650. tom. I. p. 359. s. Hilarius de Trinit. lib. X, n. 53. ed. Veron. 1740. tom. II. p. 550. Hesychius in *Levitic.* lib. II, *capit. VI. pars altera in biblioth. Patr.* Lugdun. tom. XII, pag. 72.

(4) Præcipue I. p. q. 52. ar. 1. ubi inter cetera scribit: « Quis fides sunt, non sicut tentanda probare, nisi per auctoritatem his qui auctoritatem suscipiunt. Apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides. »

Id unum cavendum est ne sub obtenta intelligentiae aut scientificæ inquisitionis normam ipsam seu fidei objectum sibi quis velit subjecere, fidem ad sistema philosophicum revocando per identitatem philosophie et ae theologie, prout nonnullis non minima fidei jactura contigisse novimus (1).

Ad 2. D. Hæretici omnium primi scientiam ac intelligentiam dogmatum invexerunt per substitutionem *subjectivismi objectivæ et historicæ fidei*, C. per meram scientiam ac intelligentiam eorumdem dogmatum intra præstitutis fines, N. Id enim fert omnium hæreton natura ut privatus sensus Ecclesie auctoritati sufficiatur. Detractantes siquidem novatores omnes se Ecclesie magisterio subjecere, fidem *objectivam* temerare aggreduntur. In hoc autem alii aliam viam inierunt. Primis quippe Ecclesie seculis nonnulli aut nimium judaismo addicti, aut ethiocratici fabulis, aut variis demum philosophicorum placitis, admissi sunt hec ipsa in christianismum transferre, et hac ratione fidei doctrinam corrumpere ac temerare. Hac ergo de causa in novatores illos insurrexerunt patres, eorumque temeritatem merito damnarunt (2). Idem vero in sequentibus seculis contigit, ut in Abelardio patui, contra quem acriter depugnavit s. Bernardus (5).

Ad 3. D. Ob pravum hæreticorum abutum in fidei deposito labefactando, C. ad omnem legitimum usum

(1) Posset hic etiam commemorari satis recens exemplum scriptoris germanici F. Baader, qui ex speculatione sua scientifica, mysticismo nescio cui admixta, adeo progressus est longe, ut fidei doctrinam lascerit, ac omnes regicos catholicos a se avicerit.

(2) Cf. Petav. *De theolog. disciplinis* tom. I. cap. III, § 2 seqq.

(3) Exemplum Abelardi eo notabilius est quod ipse auctoritatem Ecclesie in rebus fidei decernendis nunquam negavit. « Si quid est divinarum mysteriorum quod intelligentie non valeamus, Spiritui j. er quem scripta sunt docenda potius reservamus quam tenere deficiamus. » Ita i. se in *prol.* ab opus eius titulus *sic et non*. Attamen cum revera ad fidei mysteria non tam illustranda quam demonstranda subtilibus humani ingenii rationibus ita uteretur, iisque fideret, ut siue ipsam *astimationem* [quasi *opinionem*] appellaret, quam ratio humana certam ostendere deberet, merito salutis theologismi rationalismi parens est habitus. Ex quo patet satis non esse Ecclesie magisterium agnoscere ad rationalismi scopulos declinandos, si quis ratione interim sua abutitur in rebus fidei: eosque qui ad speculativam intelligentiam dogmata fidei conantur evenire, si nimis proprio ingenuo ac phantasie indulgent, in rationalismum aliquem dñi facile posse.

Ceterum haud recte Prof. Cousin, *Ouvrages inédits d'Abelard pour servir à l'histoire de la philosophie scolaïque*, etc. Paris, 1856, introd. §. IV, scribit: « En théologie il mit de côté la vieille école... qui exposait sans expliquer, et fonda ce que l'on appelle aujourd'hui le rationalisme. Abelard a essayé de se rendre compte de la seule chose qu'on peut étudier de son temps, la théologie... a entrepris de transporter la raison dans l'autorité. » 1. Enī fāsum est quod res fidei explicare, eorum rationem redire rationis usum in tis adhibere, siquidem id rite fiat, rationalismus constituit. 2. Falsum præterea haec omnia prima ab Abelardo præsta in theologia fuisse; quippe i. se in seculo XI. exercebat Anselmus Cantuariensis, ingenia theologorum ad velut præterea excitarat, ac scholasticæ fundamenta jecerat, hoc velut principium constitutus: « Sic rectus ordo exigit ut profunda christiana fidei credamus, priusquam ea præsumamus ratione discutere, ita negligenter nihil videbitur, si postea quam confirmati sumus in fide, non studiemus quod credimus intelligere. » *Cur Deus homo* cap. 2. Illud igitur Anselmum inter et Abelardum et ultramque scholam erat discrimen, quod ille pro fundamento habebat credo ut intelligent, iste vero quærebat intelligere ut crederet. Cf. *Proslog.* c. 1.

eliminandum, N. Id sane patet 1. ex eo quod iidem patres philosophicas disciplinas excollerint, atque in usus proprios adsciverint (*Cf. Petav. Theol. disc. c. 4*) ; 2. ex summis laudibus quibus identidem patres ejusmodi studia commendarunt (1) ; 3. ex ratione ipsa quam tenuerunt in hæreticis illis perstringendis, quod platonica aut aristotelia scita substituissent Christi doctrinæ, aut saltem eamdem doctrinam ita ad placita philosophica accommodassent, ut divina Salvatoris doctrina in mere philosophicam commutaretur. Satis enim est vel leviter objecta patrum testimonia inspicere, ut pateat quænam fuerit occasio objurgationum illarum et scopus (2). Quo reipsa sensu Plato et Aristotle haereticorum parentes nuncupati sunt ac præformatores eorumque philosophia hæreseon omnium promptuarium appellata (3).

Ad 4. D. In ordine ad rigorosam demonstracionem et comprehensionem mysteriorum, C. in ordine ad aliqualem saltem intelligentiam, N. Dum Angelicus doctor solum officium *negativum* rationi videtur adscribere, demonstrationem proprie dictam mysteriorum fidei instituendam ex rationis principiis excludit, plenamque eorumdem mysteriorum comprehensionem; quæ quidem verissime statuit, cum utrumque absonum omnino sit; at nuspian illam excludit intelligentiam ac scientiam cognitionem, quam nos adstrinximus; imo non uno in loco contrarium aperte docet (4).

(1) Plura congesit hanc in rem Petavius patrum testimonia, Clementis praesertim Alexandr., Gregorii Nazianzeni et Nysseni, Basilii, Ambrosii, Augustini aliorumque que cit. cap. 4. recoli possunt.

(2) Sane haec inter cetera scribit Tertullianus loc. cit. « Quid ergo Athenis et Hierosolymis? Quid Academie et Ecclesia? Quid haereticis et christianis? Nostra institutio de portiuncula Salomonis: qui et ipse tradiderat, Dominum in simplicitate querendum. Viderint qui *stoicum*, et *platonicum* et *dialecticum* christianum protulerunt. » Ambrósius in ps. CXVIII. serm. XXII. n. 10. « Elaborandum est igitur ... ne quis adserione nostram per philosophiam *deprædictum*. Sic enim arianos in perfidiam ruisse cognovimus, dum Christi generationem putant usu hujus secundi colligendam. Reliquerunt Apostolum, sequentem Aristotelem. Reliquerunt sapientiam quæ a iud. Deum est: elegant disputationis tenditculas et auecupia verborum secundum dialecticæ disciplinam. » En quo sensu patres philosophiam in rebus fidei damnaverint.

(3) Cf. Petav. loc. cit. cap. 5., § 2. et 5. Plura etiam hanc in rem ibi suppedebit Nebridius a Mundethemi eau. regul. in op. *philosophia s. augustini*, seu *philosophia christiana* Viena, 1631. pref. cap. 2., 3. et 8.

(4) Reipsa s. Doctor 2. 2. q. 2. a. 1. o. « Actus iste, inquit, qui est credere, habet firmam adhesionem ad unam partem, in quo convenit cum scientie et intelligentie: et tamen ejus cogitio non est *perfecta per maximam visionem*, in quo convenit cum dubitate, suspicante, et opinante; et sic proprium est creditus ut cum assensu cogitet; » et q. 8. ar. 8. ad 2. « Fides non potest universiter præcedere intellectum. Non enim posset homo assentire credendo aliquibus propositionis, nisi ea aliqualiter intelligere. » Porro istud *intelligere* non assumit Anglicus de aliqua tantum extrinseca cognitione, sed de intellectione intima objectorum propositorum, ut patet ex iis que scribit ibid. ar. 1. o. « Non enim intellectus quamdam *intimum* cognitionem importat: dicitur enim *intelligere*, quasi *intus legere*. » et in resp. ad 3. « Intellectus, inquit, nominat quamdam excellentiam cognitionis penetraud ad intimum, nempe eorum quæ revelantur. Loquuntur siquidem de intellectu prout est donum gracie quod perfect naturam. Deinde ibid. 2. quarens quare ejusmodi *perfectio* dici potius debeat *intellectus*, quam *ratio*, respondet: « Ista superadditio non dicitur ratio, sed magis intellectus: quia ita se habet lumen superadditum ad ea, quæ *natura supernatura*

ARTICULUS II. — *De abusu rationis post fidem.*

Rationis post fidem abusum vocamus illam agendi perversitatem, qua quis contendit non rationem fidei ab Ecclesia tanquam infallibili auctoritate prædicta propositione, uti par est, esse subjiciendam: sed fidem *objectivam* subjiciendam esse rationi, ita ut ratio eusque individualis, seu potius *Spiritus privatus* sit norma princeps, imo unica, independens et absoluta ipsius fidei, que tota proinde *subjectiva* efficitur. Tales porro sunt protestantes, et qui ab iis progeniti sunt rationalistæ ac mythici. Cum vero protestantes, saltem qui *orthodoxi* audiunt, procul rationalistas ac mythicos repellant, imo et confutare istorum systemata emittantur, duo a nobis hic effici debent, primo scilicet ostendere rationem ab auctoritate fidem *objectivam* omnino adsciscere debere, secundo evincere rationalismum ac propterea ejusdem modificationem, mythicismum, necessario ex intima natura ac essentia protestantismi efflui, seu quod idem est, nullum dari medium, si *logice* ac *historice* etiam res consideratur, inter catholicismum ac totius christianismi destructionem. Qua quidem insequentibus propositionibus efficeri aggredimur.

PROPOSITIO I. — *Nequit humana ratio se ipsam unicam fidei regulam constituere, quin fidem destruat, quæ ab auctoritate penderit.*

Crimen hoc est hæreticis omnibus commune, qui se extollere ausi sunt contra auctoritatem divinitus institutam, Ecclesiam Christi videlicet, ut custos esset ac vindicta depositi revelationis, imo etiam ut magistra esset infallibilis, ac proinde regula fidei proxima credendorum et agendorum; ita ut seipso seu rationem individualem tanquam fidei normam ac regulam substituerint. Nulla tamen secta usque ad novatores sec. XVI. in principium formale erexit independentiam absolutam rationis a quavis auctoritate. Lutherus omnium primus libertatem examinis proclamavit, eamque veluti characteristicam notam, imo constitutivam protestantismi ejusque basim posuit. Porro principium istud fidei omnino eversivum esse perficie ostendimus.

Ex suo loco demonstratis, Christus Ecclesiæ a se conditæ universum commisit revelationis depositum, eique prædicationem commendavit doctrine sua; in hunc finem infallibilitatis dote eam communivit a rite jugiter fungenter munere quod ei demandavit; ut autem fidem penes gentes omnes obtineret, virtute signorum eamdem instruxit (*In hujus tract. p. 1, sect. 1, cap. IV*). His freta præsidii Ecclesia evangelium universis gentibus annunciat ac annunciat. Harum officium fuit ac est motiva expendere credibilitatis, de quibus cum ipsis constiterit, nil aliud superest, quam aspirante divina gratia credere ita omnibus ac singulis quæ ab Ecclesia credenda pro-

liter innotescunt, sicut se habet lumen naturale ad ea, quæ primordialiter cognoscuntur. » Sed cf. de hoc argumento Fallettii can. reg. *Lo studio analitico della religione* Roma, 1827. par. 5, tom. II. *Discorso preliminare*, tum cap. 4. ubi copiose rem hanc discutit.

ponuntur. Quis alias processus alogicus est; siquidem in propositione Ecclesiæ duo illa habentur quæ ad rite credendum requiruntur et sufficiunt, motivum scilicet formale, et regula proxima credendorum, quorum alterum si desit nulla vera concipi fides *objectiva* potest. Per motivum namque formale quisque cognoscit non posse subesse falsum iis quæ Deus revelaverit; per regulam proximam unusquisque patriter certus fit hunc vel illum articulum, omnesque etiam fidei articulos collective sumptos esse a Deo revelatos.

Jamvero, qui, abjecta hac regula infallibili sola que tutæ, sibi jus arrogat expendendi, secernendi, judicandi revelationis objecta, ut inde ratione individuali ceu norma ac duece decernat quid fide divina credendum sit, quid vero ab articulorum fidei censi sit respundendum, is universum fidei sistema labefactat ejusque veluti oceconomiam. Evertit enim illud 1. quoad ipsum revelationis depositum, seu regulam remotam, que ex Scriptura, ac traditione exurgit; siquidem anceps hærente debet circa Scripturarum canonem, earumdemque integratatem, sensum dogmaticum, sensumque traditionalem (1); 2. evertit quoad singula dogmata, quippe a se unice penderit determinare quænam vera, quænam autem adscititia habenda sint; 3. evertit quoad firmitatem ac unitatem fidei, cum omnino unicæ *subjectivæ* persuasione inniti debet; hæc autem varia pro uniuscuiusque affectione necessario cum sit, necesse prorsus est ut omnia nutant, omnia fluctuant, ac in perpetua varietate et transitu posita sint, ex quo omnis dissolvatur unitas, horribilis inducatur confusio, donec fides ac ipsa fidei notio penitus intereat (2).

(1) Recolantur quæ scr̄psimus in hujus tract. p. 2, sect. I, cap. 4. seqq.

(2) Præter ea que passim hac de re scr̄psimus tum in hoc, tum in tract. *De vera relig. p. 2*, prop. VII, et IX. juvenerit hac confirmare ex statu presente religionis in Boemia que est palladium protestantismi. En quid scribat testis oculatus ad redactorem ephemeredi *L'Univers*, die 18. Jul. 1841. « Berlin est le centre de la science protestante, qui, comme vous le savez, croit être arrivée au point de se trouver non seulement indépendante de toutes croyances religieuses, mais encore *bien au-dessus de toute vérité révélée* ... La philosophie de Berlin prétendait que la raison humaine était parvenue à un degré de développement et de maturité, qui la mettait en état de parvenir par ses propres forces à la connaissance de toutes les vérités que l'homme avait autrefois acceptées *comme venant d'une source supérieure*, et *lui étant communiquées par la révélation*. Elle soutenait que la raison humaine pénétrait bien plus dans l'intelligence la plus intime de ces vérités, que ne l'auraient jamais pu faire les hommes qui, étant éclairés eux-mêmes d'une lumière surnaturelle, avaient tâché de les expliquer. La religion et la philosophie, disait-elle, ont le même objet, mais la seconde est bien supérieure à la première, parce qu'elle arrive par elle-même à la conception claire et évidente des principes de toutes choses, principes que la religion ne fait qu'indiquer d'une manière obscure et voilée. Ces idées ont été adoptées par la plupart des hommes distingués et savants de Berlin; voilà ce qui explique pourquoi ils n'expriment ni haine, ni aversion pour ceux qui tiennent encore à des doctrines religieuses positives: ils prennent ces hommes en pitié, tout en honorant en eux leurs bonnes intentions. Vous avez encore besoin d'une religion révélée, d'un culte extérieur, de cérémonies, vous disent-ils, c'est très-bien, nous comprenons parfaitement l'état dans lequel vous vous trouvez, car nous y étions aussi; mais vous en sortirez peut-être, si vous pénétrez plus avant dans les études philosophiques, si la lumière de la science éclaire enfin

votre raison... Le mouvement des esprits en Europe, ou pour mieux dire dans le monde entier, vers la religion catholique, vers l'Eglise, mouvement que l'on n'ignore pas à Berlin, est considéré dans cette ville comme quelque chose de bien inférieur à ce développement intellectuel, auquel tout est subordonné en Prusse, comme un état transitoire par lequel l'humanité passera pour arriver au faite atteint déjà par les philosophes prussiens. Jamais orgueil scientifique et intellectuel n'a été poussé plus loin. Il a aveuglé les hommes les plus intelligents et exercé une fâcheuse influence sur la direction des affaires intérieures en Prusse. » Plura etiam ac singularia anecdota et in op. de la Prusse et de sa domination sous les rapports politiques et religieux. Paris, 1812. Partie religieuse chap. 5. sect. première p. 342. seqq.

(1) In Tract. *De vera religione* loc. cit.

(2) Ita passim in publicis ephemeredibus quas ipsi evulgent. Vide *L'Univers* 9. Julii 1842. ubi protestantes dissecentes de Ecclesia catholica hac phrasim utuntur: « Cette Eglise vaincue qu'on appelle l'Eglise. »

(3) Cf. Baudry in op. cit. *Génissements d'un cœur catholique* p. 71. seqq.

(4) Ita fere recentes protestantismi mystici sectatores. qui Berolini præserratum suum habent sedem Hengster. Bergo duc.

versus legitimam auctoritatem, ac fidei veritates quas in sua perduellione negavit. Hoc certe sensu objectivam amisit protestantismus, C. veram profitetur fidem, N. Etenim praterquam quod et ipsa sacra Biblia articulum fidei constituant, quem nonnisi ab Ecclesia, ut suo loco ostendimus (1), protestantes babere possunt; ad eum plane modum fidem suam protestantismus ex sacris Bibiliis hausit, quo inde fieri posset, subruat atque convellat. Cum proinde inferi portae sibi semper victoriam polliceantur aduersus Dominum et adversus Christum ejus, quid mirum si stolidi hac inanique plane spe protestantismus alatur atque soletur, de parentibus quamprimum magno cultui, Ecclesia nimurum catholicæ, persolvendis? Ast cum aeterna veritas, Christus, de Ecclesia a se super Petrum fundata pronunciaverit: *et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, allidet profecto se protestantismus ad hanc petram, et confringetur et communiqueret (1). Sane nulla fortasse alia extiit ætas qua et Ecclesia firmata, et protestantismi infirmitas, imo vero absoluta impotentia patet magis quam in presenti, cum Ecclesia præsidii omnibus temporalibus fere destituta propriisque relieta viribus, obnitenteque contra ipsam universalis quadam conspiratione, tamen nedum subsistit, sed vitam viresque suas sic exercit, ut vix alias adeo exerceret; contra vero protestantismus in dies magis dissolvitur et ad interitum vergit (2).

(1) Praecare omnino invictus episcopus ac martyr Jean Toffensis his verbis jam ætate sua couligebat Lutherum et lutheranos similia efflentibus, quæ nos Calvinus et Calvinianus ac protestantibus omniis seu hereticis ejususcumque denominationis aptamus: «Huc adsis, et tu Luther, cum lutheranis omnibus tuis, et omnis studia vestra in unum conflate, neque unquam efficiatis, quin vera prædixerit Christus, nempe quod super petram, hoc est Petrum, aedificatus esset Ecclesiam: stat contra vos haec auctoritas invicta, quæ etiam de vobis triumpfat et triumphabit.» Apud Schelstrate antiquæ Eccles. tom. II, diss. II, cap. 6, art. 1. n. 2.

(2) Ne vero haec exaggerata a nobis videantur, præstat documentis firmare ex auctoribus ipsis protestantibus desumptis. Porro D. Macaulay protestans auctioribus suis considerationibus super historiam pontificatus romani a prof. Leopoldo Ranke adnotatum quas exhibet in *revisione Edimburgensis* fasc. mensis Octob. 1840. fatur 1^o Ecclesiæ romanæ recuperasse *dimidiam* saltem partem eorum quos amiserat per reformationem; 2^o majus nunc seu magis extensem esse dominium pontificatus romanæ quam unquam quovis extiterit alio seculo; 3^o superare sectas omnes christianas etiam collective sumptus; 4^o affirmat se nullum signum cernere immunitius catholicæ Ecclesiæ; 5^o Imo vero prævidet futuram subsistentiam ejusdem Ecclesiæ super ruinam patriæ sua; 6^o denique, ceteris omissis, agnoscit Ecclesiam hanc pleno vigore pollere, novosque jugiter progressus facere. Brevitatis causa verba iussi auctoris prætereo. Cf. *Annali delle scienze religiose*. vol. XIII, n. 57. *Luglio e Agosto* 1841. In Ephem. Univers. Mars 1842, legitur: «D'après une note que nous (*l'institut catholique* publié à Lyon) avons publiée en 1831, et que nous empruntions à M. Ozanam, qui lui-même se basait sur les calculs de Malte-Brun, auteur protestant, l'accroissement des catholiques, comparativement à l'époque de Luther, serait de 35 millions, et depuis 1831 il a dû s'augmenter beaucoup.» In sola provincia Genevensi ex confessione protestantis Baumgarten ab an. 1822. dum protestantes per singulos annos creverunt in proportione 2. ad 100, catholici creverunt in proportione 72. ad 100. Cf. ibid. 8. Mars 1842. Possem plura alia addere, ne tamen prolixus nimis sin hinc sufficiant. Cf. «Tableau général des principales conversions qui ont eu lieu parmi les protestants et autres religionnaires depuis le commencement du XIX. siècle, par l'ab. Rohrbacher. 2. edit. Paris, 1841. Noti sunt progressus catholicismi in Anglia, in Hollandia, America, etc. Et tamen stulti illi

Ad 2. D. Et hac proprie de causa fidem omnem objectivam amisit protestantismus, C. veram profitetur fidem, N. Etenim praterquam quod et ipsa sacra Biblia articulum fidei constituant, quem nonnisi ab Ecclesia, ut suo loco ostendimus (1), protestantes babere possunt; ad eum plane modum fidem suam protestantismus ex sacris Bibiliis hausit, quo inde fieri posset, subruat atque convellat. Cum proinde inferi portae sibi semper victoriam polliceantur aduersus Dominum et adversus Christum ejus, quid mirum si stolidi hac inanique plane spe protestantismus alatur atque soletur, de parentibus quamprimum magno cultui, Ecclesia nimurum catholicæ, persolvendis? Ast cum aeterna veritas, Christus, de Ecclesia a se super Petrum fundata pronunciaverit: *et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*, allidet profecto se protestantismus ad hanc petram, et confringetur et communiqueret (1). Sane nulla fortasse alia extiit ætas qua et Ecclesia firmata, et protestantismi infirmitas, imo vero absoluta impotentia patet magis quam in presenti, cum Ecclesia præsidii omnibus temporalibus fere destituta propriisque relieta viribus, obnitenteque contra ipsam universalis quadam conspiratione, tamen nedum subsistit, sed vitam viresque suas sic exercit, ut vix alias adeo exerceret; contra vero protestantismus in dies magis dissolvitur et ad interitum vergit (2).

Ad 3. D. Id est nonnullorum protestantium, C. omnium, N. Mira semper et viguit et vigeat circa istiusmodi sistema interioris inspirationis individualis varietas inter protestantes quam jandiu expendimus (2): cum igitur alii illud admittant, rejiciant alii, alii vero iisdem Scripturae textibus innixi temperent pro libitu varieque adorent (3), quis non videat totum istud systema cui tantoper fidebant protestantes, stultum plane se prodere?

Ad 4. D. Ita ut et in hoc systemate novum habeatur notatio protestantismi argumentum, C. veritatis, N. Quondam protestantes inherentes Lutheri doctrine de homine substantialiter per originalem noxam fedato, ac de perseverantia concupiscentiae etiam in renatis quoformal peccati rationem habeat, immensum, ut ita dicam, Deum inter et hominem posuerunt intervallum (Vid. quæ scripsimus in *Tract. De gratia*, p. II, cap. I); accusabant præterea catholicos eo quod gratiam sanctificantem animæ justi inherentem esse docerent, adeo ut illi hoc nomine fuerint a Tridentino damnati (Sess. VI, can. XI).

Nunc vero recentiores protestantes ad mysticismum ac pietismum nescio quem dilapsi, adeo arctam contendunt unionem esse Dei cum homine justo, ut substantialiter Deum cum eo conjungi, imo et cum eo protestantes qui quotidie diffidunt, confidunt se quampriuum exequias celebratoribus magni cultus, gloriaturque de illo devicto! Quod vero spectat ad fraudes et vexationes protestantibus adversus Ecclesiam catholicam, legi omnino debet opus cit. *De la Prusse et de sa domination*; Paris, 1842. *Partie religieuse*, sect. II. «Du gouvernement prussien vis-à-vis des catholiques. — Nécessité pour le gouvernement prussien de recourir contre le catholicisme à des moyens indirects : énumération de ces moyens : 1^o Organisation religieuse militaire ; 2^o Organisation religieuse de l'instruction publique ; 3^o Fonctionnaires publics et mariages mixtes ; 4^o Législation réfractaire.» Omnia ratione uitiorum Gouvernem Borussicum opus hoc suppresse, ac efficeret ut oblitio detur. De Russia nihil attinet dicere cum ejus vexationes in catholicos nimis nota sint : cf. op. «Persecution et souffrances de l'Eglise catholique en Russie»; Paris, 1842. item : «Allocution della Santità di nostro Signore GREGORIO PP. XVI. al sacro collegio nel concistoro segreto del 22. Luglio, 1842. seguita da una esposizione corredatta di documenti sulle incessanti cure della stessa Santità Sua a riparo dei gravi mali da cui è afflitta la religione cattolica negli imperiali e reali dominî di Russia e Polonia.» Roma, 1842.

(1) Supra p. II, sect. I, cap. I, prop. I, et II.
(2) Ibid.
(3) Cf. Baudry op. cit. *Cémissemens d'un cœur catholique* pag. 74, 75. ubi documenta afferuntur.

fere substantialiter identificari autem, totidemque fieri veluti incarnationes quot justi efficiuntur. Objurgant proinde catholicos quod nimiam Deum inter et hominem distantiam collocent, dum nonnisi accidentalem unionem propugnant inter Dei gratiam et animam justi (1). Nimurum semel ac via veritatis deseritur, prona est ac præceps ad opposita extrema prolapsio :

Dum vident stulti vitia, in contraria currunt.

Ad 5. D. Nempe eo ipso quod recens protestantismus supremo gradu fidem se possidere jactat, omnifide destitutus est, C. vere fidem possidet N. Possidet enim subjectivum fanatismus qui novas identidem formas assumet cum nova quæque apud illum theoria prævaluerit. Fides protestantismi, si hoc ut nomine velimus, semper temporalis est, ac proinde nulla, quandoquidem jugiter pendet ab hominum adinventis, quæ eum dextrorum aut sinistrorum trahunt, haud secus ac in amplis Africæ desertis magni illi arenarum cumuli qui prout a ventis agitantur et compelluntur, et sedem immutant, et novas perpetuo formas assumunt.

PROPOSITIO II.—Ab essentiali protestantismi constitutione ac natura necessario profuit rationalismus, seu Si protestantismus est verus, falsus est christianismus.

Protestantismus qualis a Lutherio primum prodivit bifariam spectari debet, tum nempe in essentia, seu natura et constitutione sua, tum in sua forma exteriore et accidentalis; sub priori respectu rationalistus plane fuit, ac talis prodivit vel ab ipsa origine sua; sub posteriori respectu supernaturalisticus extitit.

Duo porro ad propositionis nostra veritatem evindenda a nobis præstata sunt, primo quidem rationalisticum essentia ac natura sua protestantismus esse, adeoque rationalismus necessario ac sua veluti sponte debuisse ex eo promanare et evolvi; secundo per rationalismum pessum datur prorsus totumque everti christianismum, seu religionem christianam. Utrumque porro jure et facto seu theoretice et practice ostenditur.

Ac primo quidem protestantismi super terram apparitione supernaturalis in speciem fuit, Biblia videlicet innixa ac veluti pallio symbolorum contexta. Si principium tamen ex quo prodivit in lucem, si spiritum qui intus alebat totamque agitabat mollem consideres, hec nonnisi rationalistica fuerint. Sane Lutherus, rejecta penitus infallibili Ecclesiæ auctoritate, sufficit eidem spiritum suum privatum, seu ut modo loqui adamant, rationem suam individuale veluti normam ac judicem tum in critica biblica, tum in exegética, tum in dogmatica proclaimavique, ut sapientius, principium libertatis et examini in religiosis negotiis. Jam vero in hoc proprie natura ac vis consistit rationalismi, qui profitetur rationem principium.

(1) Recolantur quæ nos superius adnotavimus de hac Dei cum homine conjunctione per charitatem diffusam in cordibus nostris n. 150. ubi quo sensu juxta plurium theologorum sententiam dici possit hujusmodi uero substantialis explicavimus.

PERSONAE. II.

pem normam esse credendorum et agendorum, ita ut ista ex proprio fundo statuere debeat, judicare ac decernere quid sentendum sit de Biblia eorumque valore, neenon de eorumdem sensu, ut inde eruat quid sit in religione tenendum. Absque hac substitutione nunquam enatus esset protestantismus, imo ne concipi quidem posset (1). Spectata igitur natura ac essentia, protestantismus non est nisi rationalismus, larvatus tamen supernaturalismo qui per Biblia et symbola, seu fidei professiones statuebatur. Et haec quidem jure.

Facto porro, prout secundo loco proposuimus, rationalismus ex protestantismo progenitum esse atque ad perfectionem adductum, constat ex historia. Protestantismus enim in auctore ac patente suo veluti personificatus est; quoniam vero Lutherus vi principiis a se constituti, uti criticus in Biblia, expunxit librorum partem e censu canoniconum ac proinde divinitus inspiratorum (*Recol. quæ superior habentur p. 2, sect. 1, cap. 4*); uti exegeta talen Scripturis sensum subjectivum affinxit quem sibi in illis deprehendere visus est; uti dogmaticus illus excogitavit articulos qui proprie lutheranam doctrinam constituant de peccato originali, de ammissione liberi arbitrii, de sola fide justificante, etc.; exinde rationalismus in triplici sua forma critica, exegética, dogmatica, veluti ex germe arbustum quod postea in arborem crevit omnesque fructus suos protulit, evolutus est.

Rationalismus criticus a libris deutero-canonicis ad protocanonicos progressum fecit, ac unum post aliud quibus inscripti erant auctoribus abjudicavit tum Veteris tum Novi Testamenti libros (2). Inspirationem penitus abjecit, spectavitque hos li-

(1) Id videt vel ipse auctor protestans cit.: *Histoire critique du rationalisme en Allemagne*, nempe Amand Sanctes, qui pag. 7. scribit: «Quoiqu'il soit vrai de dire, logiquement parlant, que les principes du rationalisme se confondent avec ceux du protestantisme, on du moins qu'ils en découlent, et que l'établissement de la réformation devait amener inévitablement le rationalisme, etc.» Et iterum pag. 459: «On a vu comme le rationalisme est sorti tout naturellement de la réformation telle que l'ont faite Luther et ses collaborateurs; c'est le fruit qui était enfermé dans le bouton dont l'arbre de la réforme devait se parer, à moins que l'arbre ne fut coupé avant son développement.»

(2) Cf. ibid. Porro protestantes orthodoxy ad nisi sunt impugnare Straussum (qui inveniatur est authenticitatem quatuor evangeliorum, contendens nonnisi post centum annos a Christi morte conscripta esse) ex conformitate evangeliorum cum Actibus apostolorum. Atqui vix elapsus annus erat a publicatione *Vitæ J. C. cum professor Tübingensis questionem preposuit utrum critica nihil adhuc posset super Acta apostolica et in epistolas Pauli?* Hinc ipse coquit expungere postrema capitula in quibus iter apostoli Pauli Roman refertur, et interim primiti sive a se, sive a aliquo alio citius serius submissum iri critico examine, tum Acta apostolorum, tum epistolas omnes Apostolorum, nempe ad ea expungenda a numero authenticorum scriptorum. Primam epistolam ad Timotheum omnino Schleiermacher rejecit ex canone. Cf. ejus ejus. *Teber den sogenannten ersten Brief etc. seu de sic nuncupata prima epistola Pauli ad Timoth. Berol. 1807.* Wilcke negat evangelia Matthæi et Joannis ab his apostolis fuisse conscripta, ac dum Strauss se opponit, in pluribus convenit cum ipso. Cf. *Hist. crit. etc. p. 195.* Twesten affirmit nondum clausum esse canonom Scripturarum. Cf. op. cit. pag. 226 seqq. Grüber negat valorem historicum trium evangeliorum *Synopticorum*. Ibid. 191.

(Quarante-cinq.)